Mars masculin⁹ est nocturnus et malus opat̄ calorē z siccitatē z est significator fratrū z pegrinationū: et hz ex etatibus iuuētutez vsq; in finē iuuētutis: z natura ei⁹ in cōplexione corpoꝝ est cholerica amari saporis: et ex magisterijs hz oē magisteriū igneū et qd̄ fit p ferrū z ignē: sicut est pcussio gladioꝝ cuz martellis. Cūq; ei cōplectit̄ Saturnus sigt̄ pcussionem ferri. Si Jupiter sigt̄ pcussionem eris. Si Sol sigt̄ pcussionem nūmoꝝ aureoꝝ. Si Venus sigt̄ magisterium ornamentoꝝ. Si mercurius pcussionem acuū. Si luna sigt̄ pcussionē lācium et libroꝝ: sigt̄ etiā cū solus suscipit significationē: opus medicine. Si nullus planeta ei cōplectit̄ sigt̄ minutionē: et vulnerationē et aptionem z hoꝝ silia. Et si cōplectit̄ ei Saturnus sigt̄ opus medicine in vulnerib⁹ et vulneꝝ. Et si Jupiter sigt̄ opus naturaꝝ cū ituitu oculoꝝ. Et si Sol sigt̄ op⁹ splenis curā ocloꝝ. Si venus sigt̄ opus ornamēti: vt tonsurā criniū z barbaꝝ et abscisionē vngulaꝝ: et si mercurius sigt̄ abscisionē venaꝝ. Si luna sigt̄ eradicationē dentiū et purgationē auriū. Et p se sigt̄ iniurias miloꝝ et effusionē sāguinis z oppressiones p vim et abscissiones viaꝝ z iracūdiā et ducatū exercit⁹ et festinationē z iuerecūdiā lenitatē z iuidiā z pegrinationē extra patriā: et feditatē coit⁹: et casus pueroꝝ. i. abortiuoꝝ: et fratres medios atq; sorores: sciaz ac discretionē cure bestiaꝝ. Et ex infirmitatib⁹ febres calidas et sanguineas z frenesim et pustulas sanguineas alabraba que est rubedo corpis cū aspitate et feditate et cōmestione carniū cū putredine: z dimidij capitis dolorē: z ignē sacrū z pauorē z cogitatiōes horribiles q̄ ingerūt hoies z cōmouēt z ipediūt atq; inanes reddūt: et qcq̄d fuerit cū inflāmatione caloris. Et ex qualitate animi cōmotionē. s. animi et ɔturbationē. Si aspexerit eū satur/

nus significat odium ꝛ maximā inuidiam: ꝛ ex sectis eam in qua bellū fuerit ꝛ vnitatem ꝛ celeritatē mutationis a fide: ꝛ multitudinē hesitationis ꝛ mutationē de testamēto in testamētum: erunt tñ hec oīa sub vnitate. Dixerunt qdā ꝙ hēt ex mēbris fel renes ꝛ venas ꝛ decursum spermatis ꝛ dorsum: ꝛ hꝫ ex colorib⁹ rubedinē: ꝛ ex saporibus amarū: ꝛ quātitas orbis eius est. 8. grad. ꝛ ex diebus hꝫ diē martis: ꝛ ex noctibus noctē sabbati: ꝛ anni fridarie eius sunt septē: ꝛ anni ei⁹ maximi sunt 264 maiores sunt 66 medij aūt 40 ꝛ dimidiū: ꝛ minores 15 ꝛ fortitudo ei⁹ in plagis circuli est in meridie. Et dixit mesceala ꝙ signt de imaginib⁹ hoīuꝫ hoīem rubeuꝫ hñtē capillos ruffos ꝛ faciē rotūdam leuiter hoīes dehonestatē hñtē oculos croceos horribilis aspectus audacē ꝛ velocē hñtē in pede signū vel maculaꝫ. Et dixit Dorothius ꝙ signt hñtē acutū aspectū: ꝛ ex partib⁹ partē audacie ꝛ signt ꝑseuerātiā caliditatē ꝛ supbiā ꝛ leuitatē ꝛ mobilitatē ꝛ audaciā ꝛ negociationē acuitatē ꝛ festinationē in oīb⁹ reb⁹: ꝛ hꝫ ex partibus mūdi Asce ꝛ terras romanoꝝ vsqꝫ in occidētem: ꝛ terras tuscorum.

SOl ꝑ aspectū fortunatus est: ꝛ malus ꝑ ꝯiunctionē in vno signo: ꝛ est masculus diurn⁹ opaꝛ caliditatē ꝛ siccitatē: ꝛ est significator patruꝫ si fuerit natiuitas in die signt regnū maximū ꝛ aīaꝫ vitalē ꝛ lumē ꝛ splēdorē ꝛ itellectū ꝛ pulchritudinē ꝛ mūditiā atqꝫ fidē. Et ex etate finē iuuētutis. Et ꝑcipaꝛ vniuersis planetis in dispōne annoꝝ. Et ex magisterijs regimē ꝛ ꝓncipatū: ꝛ signt iaculationē iaculoꝝ ꝛ venationē purgationē cū oī specie purgādi qua corpa iterius ꝛ exterius purganꝛ. Et ex infirmitatibus signt ifirmitates calidas ꝛ siccas in corpibus apparētes. Et ex sba aurū plurimuꝫ ꝛ vniuersas spēs substātie. Et ex qualitate ipsius animi sublimitatē prudentiā ꝛ q̄ sequunꝛ honestatē. s. largitatē ꝛ gloriā: ꝛ ꝓlixitatē mētis. Et ex sectis culturā bonā ꝛ eis filia. Et signt impiuꝫ vocis ꝛ fortitudinē ꝛ celeritates. Si cōplectiꝛ ei Saturn⁹ signt villicationē ꝛ hmōi ꝓncipatū. Si Juppiter signt in fide ꝓncipatū ꝛ religionē ꝛ ēt iudiceꝫ iter hoīes iudicātē opa oppssoꝝ vel iniuriaꝝ ꝛc. Si Mars signt ducatū exercitus ꝛ inuestigationē belloꝝ. Si Uenus signt regnū ꝑ mulieres ꝛ ꝑ obsequꝫ potētū. Si Mercurius signat ꝯsultores regū ꝛ opus libroꝝ ꝛ hereditatū ꝛ maioꝝ opeꝝ. Si Luna signt opus legatoꝝ ꝛ detectionē ꝯilioꝝ ꝛ hmōi silia. Et dixerūt qdā ꝙ Sol signt imaginem vultus hoīs: ꝛ ꝓprie ex viris oculū dextrū: ꝛ ex mulieribus oculū sinistrū: ꝛ dixerunt qdam ꝙ hꝫ cor ꝛ medullā ꝛ femora. Et ex ifirmitatibus comestionē carniū in ore: ꝛ detrimētū oris ꝓprie ꝛ descēsionē aque in oculū: ptās eius est in capite. Et dixerunt indi ꝙ cū fuerit in ascēdente erit cōburēs ꝛ habebit signū in facie. Et hꝫ ex coloribus qcqd videꝛ ꝑegrino colore: ꝛ ex saporibus acrē. Et quātitas orbis eius est 15 grad. Et ex diebus diē hꝫ dñicā: ꝛ ex noctibus noctē Jouis Anni fridarie eius sunt decē. Et āni eius maiores sunt 120 maximi sunt 1460 medij 39 ꝛ dimidium vel ſm quosdā 69 ꝛ dimidiū: minores ꝓo 19. Fortitudo eius ex plagis circuli est in oriente. Et dixit in mesceala ꝙ significat de figuris hoīum euꝫ qui hꝫ colorē inter croceū ꝛ nigrū. i. fuscum tectū cum rubore breuis stature crispū caluum pulchri corpis: ꝛ hꝫ ex saporibus acutū. Et dixit Dorothius ꝙ figura solis ꝛ lune est figura planctaꝝ qui fuerint cum eis: ꝛ eius que dignior fuerit in loco eoꝝ. Si ergo velis scire figurā solis scito ꝙ sit crocea hñs partē ruboris capilloꝝ oculi eius aliquātulū crocei. Et ex partibus hꝫ partē futuroꝝ. i. partē diuinationis ꝛ est significator naturaꝝ ꝛ spūs sapiētie eleuationis ꝛ ꝑfectionis fidei quoqꝫ scientiaꝝ ꝛ laudū. Et ex partibus mundi habet samarach ꝛ cura ꝛ ferit ꝛ eius terminos ꝛ terras romanorum.

VEnus est fortuna feminina nocturna ꝛ est significatrix mlieꝝ ꝛ vxoꝝ ac matrū si fuerit natiuitas diurna ꝛ opaꝛ frigus ꝛ humiditatē tēperataꝫ: ꝛ ex etate ha-

bet iuuentutem vel adolescẽtiam: ⁊ ex magisterijs instrumenta ludorum ornamenta quoqȝ ⁊ figuras pulchras ⁊ ludos alearum ⁊ scacorum ⁊ saltationes ⁊ ocia ⁊ fornicationes ac fornificatores ⁊ filios fornicationis ⁊ multitudinẽ coitus: ⁊ vniuersa genera luxurie ⁊ cõpositiones coronarum ⁊ vsus earum: ⁊ pulchritudinẽ ac mũditiam vestimenta etiam ⁊ ornamẽta. Aurũ ⁊ argẽtum ⁊ dilectionẽ ludos risus: ⁊ gaudium ⁊ vnguẽtis diuersisqȝ speciebus vti potationes ⁊ ebrietates: seqȝ credit oibus: largitatem quoqȝ sigt: ⁊ dilectionez diligẽtiam ⁊ amorẽ iustitiam ⁊ domos orõnis: retinet quoqȝ fidez: ⁊ sigt magisterium oium sonorum velutí musicã ⁊c. qȝ si complectit ei Saturnus sigt sonum cantationum qbus deflent aliqñ mortui: vel quas cantant edificatores quãdo edificant edificia. Et si complectit ei Juppiter sigt sonum lectionum vel cãtationuȝ quibus vtunt dñi sectarum in altaribus ⁊ locis orationis eorum in laudem dei olpotẽtis. Et si Mars sigt sonos qbus vtuntur seculares ⁊ cantus vulgi in quibus fit mentio blasphemie vel prelior: vel in quo fit mentio carceris vel laboris ⁊ hor silia: vt cantus in quo fit mẽtio captionis ⁊ alligationis ⁊ pcussionis flagellor. Si Sol sigt sonuȝ ligni quo cantatur coram regibus ⁊ nobilibus. Si Mercurius sonũ q exercet in cõpositione versuum. Et si Luna sigt cantus nautar in nauibus. Et ex infirmitatibus morbos habet frigidos ⁊ humidos qui accidũt ppriе ⁊ multotiens in mẽbris genitalibus. Et ex substantia sigt eam que acqritur ppter pulchritudinem: vt sunt ornamẽta mulier: ⁊ vestimẽta ear margaritas atqȝ picturas. Et ex qualitate animi suauitatem ⁊ amicitiã ⁊ cõmestionem ⁊ his silia: ⁊ cupiditates potionis ⁊ cõmestionis ac coitus. Et ex sectis culturã idolor: ⁊ eos in qbus maxime exercentur cõmestiones atqȝ potationes. Et dixerũt qdam qȝ sigt anchas ⁊ spinam dorsi ⁊ sperma. Et alij dixerunt qȝ hȝ significare pinguedinẽ ⁊ carnes ⁊ renes ⁊ vuluã matricem vẽtrem pectinẽ ⁊ vmbilicũ. Et hȝ ex coloribus albedinem: ⁊ ex saporibus vnctuosuȝ. Et quãtitas orbis eius est 7 graduũ. Et hȝ ex diebus diem Ueneris: ⁊ ex noctibus noctẽ martis. Et anni fridarie eius sunt octo. Et anni eius maiores 8 2 maximi 1 5 1 ⁊ medij 4 5 minores vo sunt 8. Fortitudo eius in plagis circuli est in dextra orientis. Et dixit Mescсala qȝ sigt de figuris holum hoiem albũ trahentem ad nigredinẽ pulchri corporis ⁊ capillor: faciem hñtem rotũdam: ⁊ paruã hñtem maxillã pulchros oculos: ⁊ eius nigredo oculor est plusqȝ ops. Et dixit Dorothius significat hoiem pulchrã faciem hñtem pulchros oculos ⁊ multos capillos ⁊ plus album pfectum rubore crassuȝ ostẽdentem beniuolentiam. Et habet ex partibus partem desiderij ⁊ significat amicitiam ⁊ ludum ⁊ dilectionem ⁊ patientiam ⁊ piunctiones masculorum. Et habet ex partibus mundi albiget ⁊ aliemen ⁊ terras arabum.

Mercurius est cõmixtus masculinus diurnus icliнat per nãm suã ad eum cui cõplectit ex planetis ⁊ ex signis: ⁊ est significator fratrũ minor: ⁊ sigt seruos ⁊ dilectionem pcubinar sigt etiam deitatem ⁊ oracula pphetar ⁊ credulitatẽ ⁊ opus ⁊ honorem vel orõnem. Qui si in natura sua fuerit ⁊ nullus planeta ei cõplectit sigt res terreas ⁊ rer augmẽtationem cresceẽdo: ⁊ ex etate iuuẽtutem: ⁊ pfectum in ea: ⁊ ex operibus opa que generãt cogitationem pdicationẽ ⁊ rhetoricã ⁊ negociationes ⁊ extimationẽ ⁊ geometriam: ⁊ dispositionẽ rei ⁊ phiam ⁊ auguria ⁊ puerbia ⁊ scripturam: ⁊ versificãdi sciam ⁊ opus numeri maxime. Cui si cõplectitur Saturnus significat ex opere numeri opus mẽsure terrar ⁊ hereditatum ⁊ numerum edificior atqȝ telar. Si Juppiter significat numer psallẽdi ⁊ numerum librorum diuinorum. Si Mars sigt numerum qui fit in donatiuis exercituũ ⁊ pugnãtium ⁊ numerum pcussionum flagellor atqȝ clauoruȝ. Si Sol significat preesse numero regum ⁊ substantie

domorum. Si Venus significat numerum chordarum lignorum seu cytherarum numerum sonorum atq; fistularum. Si Luna significat numerum ferculorum que fiunt ad comestiones itinerantium extra domum. Et significat de infirmitatibus infirmitates spirituales anime: idest cogitationes horribiles: ⁊ inquietudinem mentis atq; dubitationes ⁊ cetera similia. Significat etiam animi qualitatem ⁊ similia sm complexionem suam ⁊ coniunctionem cum alijs : quia cum fuerit fortunatus erunt bonitates sm genus fortune que facit eum fortunatum : ⁊ sm locum in quo fuerit fortunatus: ⁊ cum fuerit malus erunt iniquitates sm malum: q eum facit malum: ⁊ sm locum in quo factus est malus. Et significat ex sectis culturam vnitatis ⁊ horum similia: ⁊ hoc secreto cum hypocrisia ⁊ simulatione. Et dixerunt quidam quod significat femora vmbilicum ⁊ pectinem : ⁊ crura neruos atq; venas ⁊ ex coloribus habet omnem colorem commixtum atq; variatum : ⁊ alem menium qui est color floris lilij agrestis: ⁊ ex saporibus acetosum. Et quantitas orbis eius est septem graduū: ⁊ habet ex diebus diem mercurij: ⁊ ex noctibus noctem diei dominice. Anni fridarie eius sunt 13. ⁊ anni eius maiores 76. maximi 460. medij 48. minores vero 20. fortitudo eius in plagis circuli est in septentrione. Et dixerunt quidam quod mercurius a medio retrogradationis eius vsq; ad stationem secundam significat pueritiam : ⁊ a statione secunda vsq; ad coniunctionem solis iuuentutem: ⁊ a coniunctione solis vsq; ad stationem primam mediam etatem: ⁊ a statione sua prima vsq; ad medium retrogradationis significat senectutem ⁊ contrarietatem: ⁊ in coniunctione sua per directionem vsq; ad stationem primam significat dilectionem ⁊ amicitiam ⁊ amoris imitationem: ⁊ ex statione sua secunda ad coniunctionem iens significat inquisitionem dilectionis ⁊ concordiam: ⁊ a statione sua prima iens iterum ad retrogradationē significat inquisitionem contrarietatis ⁊ dissimilationis tarditatem ⁊ verecūdiam paruam ⁊ occupationē ⁊ stuporem in rebus: ⁊ in medio retrogradationis significat celeritatem tēperatam propter igenij debilitatem: ⁊ apud stationem secūdam significat stuporem ⁊ occupationē ingenij ⁊ tarditatem ⁊ egressus ab hac celeritatē ⁊ apertionem ingeniorum: ⁊ ex coniunctione sua soli per directionem significat celeritatē ⁊ expāsionem ingeniorum ⁊ latitudinē vel augmētationem eorum. Similiter Veneri accidit in his locis ⁊ planetis altioribus. Et dixit Mescheala mercurius significat ex figuris hominem nō multum albū neq; nigrum hn̄tem colorem: frōtem habētem eleuatam ⁊ lōgam: in facie lōgitudinem ⁊ nasum lōgum: raram hn̄tem barbam in maxillis ⁊ oculos pulchros nō ex toto nigros: lōgos quoq; hn̄tem digitos. Et ex partibus habet partem negociationis: ⁊ significat timorem ⁊ infestationē ⁊ bellum ⁊ inimicitias ⁊ seductiones ⁊ cōtrarietates: significat quoq; perfectum magisterium ⁊ subtilitatem in opere ⁊ inquisitione: ⁊ in ceteris que fiunt in hominibus ex dictis ⁊ contentionibus. Et ex terris habet adelech alcuidem: ⁊ maxime in meridie: ⁊ terras indorum.

Luna fortuna feminina nocturna operatur frigiditatem ⁊ humiditatē: ⁊ est significatrix matrū: si fuerit natiuitas nocturna ⁊ est in ea flegma tēperatum ⁊ significat etatē puerilem ⁊ initium crescēdi. ¶ Et ex operibus habet legationes ⁊ mādata: ⁊ opera aquarum atq; terrarum sm quantitatem fortunij eius vel infortunij vel mali q si fuerit bona significat bonum ⁊ ecōuerso. Significat etiam principatum si prefuerit vel fuerit dn̄a aliquibus rebus ad regem pertinentibus si fuerit fortunata a sole in bono aspectu ⁊ in bono loco. ¶ Et de substantia significat argentum ⁊ terre cultum si habuerit auctoritatem in quarta ⁊ ex fide religionem. Et ex infirmitatibus epilensiam paralisim guttam calidam ⁊ vultus torsionem enodationem membrorum ⁊ cōmotio-

nem:⁊ quicquid fuerit in ſimilitudine frigoꝛis ⁊ humiditatis. Et qualitatem animi ſm coniunctionem ſuam cum planetis. ¶ Cui ſi complectitur fortuna:⁊ fuerit fortu na ipſa Venus ſignificat curialitatem ⁊ benignitatem:⁊ animi ſuauitatem:⁊ moꝛu3 boneſtatem:⁊ motus celeritatem:⁊ diuinum obſequium. Si fuerit Juppiter ſignifi cat boneſtatem cautelam ⁊ ſocietatem ⁊ benignitatem ⁊ vite pulchꝛitudinem. Et ſi complera fuerit malis ⁊ fuerit mars ſignificat ſtudium ſuſurrationis inter homines ⁊ vſum in talibus. Si Saturnus odium ſimulationem ac inuidiam. Si fuerit ſol ab aſpectu laudabili ſignificat diſpoſitionem regalem. Et ſi fuerit Mercurius ſignificat rhetoꝛicam:ideſt facundiam ⁊ bonitatem lingue ⁊ ſcripturam. Et dixerunt quidam ꝙ ſignificat cogitationem ⁊ nouitatem animi ⁊ debilitatem ſenſus ⁊ grauitatem lin gue:⁊ mulieres boneſtas:⁊ nutritiones paruuloꝝ:⁊ matres ⁊ materteras:⁊ pꝛepa rationes ciboꝛum. Et dixerunt alij ꝙ ſignificat cerebꝛu3 pꝛopꝛie ⁊ pulmonem. ¶ Et ex coloꝛibus habet croceum:⁊ ex ſapoꝛibus ſalſum. Et quantitas oꝛbis eius eſt 1 2 graduum. ¶ Et ſignificat ex viris oculum ſiniſtrum:⁊ ex mulieribus dextru3. Et ex diebus habet diem lune:⁊ ex noctibus noctem veneris. Anni fridarie eius ſunt no uem:maioꝛes autem 1 0 8 maximi 5 2 0.⁊ medij 6 6 ⁊ dimidium : ⁊ ſm quoſdam 3 9 ⁊ dimidium:⁊ minoꝛes ꝟo 2 5. Et foꝛtitudo eius ex plagis circuli eſt in dextra occidentis. Et dixit Meſceala ꝙ ſignificat de figuris hominum hominem album confectum ruboꝛe iunctis ſupercilijs:beniuolum habentem oculos non ex toto ni gros:faciem rotūdam pulchꝛam ſtaturam:⁊ in facie eius ſignu3. Et ex tertijs habet arcoch ⁊ timanam ⁊ aldeilam. Et quidam dixerunt ꝙ ſignificat pueritiam ab initio menſis vſq; ad 7 dies:⁊ a 7 diebus vſq; ad 1 4 dies iuuētutem:⁊ ſignificat etatem perfectionis:ideſt medie etatis vſq; ad 2 1 dies ⁊ noctes:⁊ ſenectutem vſq; ad con iunctionem:ideſt vſq; in finem menſis quando coniungitur ſoli. Et cum fuerit ſub radijs Solis ſignificat ſecreta ⁊ res occultas:⁊ ſimilr omnis planeta:⁊ in initio men ſis quando creſcit ſignificat omne quod faciendum eſt:⁊ in impletione ſua quod de ſtruendum eſt:quia decreſcit:⁊ in initio menſis ipſa ⁊ Sol ſignificat accuſatoꝛes:⁊ in fine mēſis accuſatos:⁊ ſignificat in initio menſis lucrum ⁊ continentiam:in fine mē ſis ſtipendia ⁊ diſperſiones:⁊ ſignificat in oppoſitione contrarietatem:⁊ in initio mu tationis ad oppoſitionem : ideſt cum fuerint inter eam ⁊ oppoſitionem 1 5 gradus ſignificat initium contrarietatis ⁊ eius cauſam : ⁊ cum ſeparata fuerit ab oppoſitio ne ſignificat cauſas exceptionis a contrarietate:⁊ in exitu ſuo de ſubꝛadijs Solis ſi gnificat exitum ab occultatione ⁊ his ſimilia:⁊ in introitu ſub radijs ſignificat apta tionem ad occultandum:⁊ hoꝛa diuiſionis a Sole ſignificat apparitionem exitus ſui ab occultatione:⁊ hoꝛa exitus ſui de ſubꝛadijs ſignificat apparitionem ⁊ aduentum ab abſentia:⁊ dum fuerit in quarto aſpectu Solis ſignificat diminutione3 rei ſeu de ſcenſionem ab alto in infimum. Similiter in quarto aſpectu ſecundo:ſed in quarto aſpectu pꝛimo ſignificat apparitionem rerum ⁊ lucrum ⁊ augmentum continentie: ⁊ in quarto aſpectu Solis ſecundo ſignificat hoꝛum oppoſita. Et dixerunt quidam quod Luna a coniunctione quidem vſq; ad dimidium luminis ſui pꝛimum erit na tura eius humida ⁊ a medietate luminis ſui vſq; ad impletionem erit natura eius ca loꝛ:⁊ ab impletione vſq; ad dimidium ſui luminis ſecundum erit natura eius ſicci tas : ⁊ a dimidio luminis ſui ſecundi vſq; ad coniunctionem erit natura eius fri gus. Reliqui vero planete ab oꝛtu ſuo vſq; ad ſtationem ſuam pꝛimam in natura humiditatis erunt ⁊ ſignificant pueritiam : ⁊ a ſtatione ſua pꝛima vſq; ad oppoſi tionem Solis erit natura eoꝛum caloꝛ : ⁊ ſignificat iuuentutem : ⁊ ab hoc loco vſq;

ad stationem secundam erit natura eorum siccitas: et significat perfectam etatem: et a statione sua secunda usque ad occultationem suam primam erit natura eorum frigus: et significat senectutem frigidam. Et dixerunt quidam quod sol significat spiritum. i. animam vitalem. Luna cogitationem et sensum. Saturnus merorem et tristitiam vilitatem et malum. Juppiter sapientiam et rationem. Mars iram furiam et celeritatem. Venus ludum et gaudium. Mercurius rationalitatem seu dialecticam disciplinam. Et que diximus in hoc capitulo de significatione planetarum dum complectuntur alteri planete. Similiter etiam est considerandum in ceteris rebus quas significant planete.

De ordine vero planetarum seu principatu eorum in conceptione puerorum: et quamdiu fuerint in ventre matris. Sciendum est quod primus mensis ab hora .s. conceptionis est Saturni. Secundus Jovis. Tertius Martis. Quartus Solis. Quintus Veneris. Sextus Mercurij. Septimus Lune. Octavus Saturni: et ideo non vivit qui nascitur in octavo mense eo quod sub potestate Saturni nascitur: et nonus Jovis. Principatus quoque sive ordinatio planetarum in vita humana. i. qualiter disponant vitam nati ita dividitur. Luna incipit ab egressu nati. i. a nativitate pueri: et disponit secundum quantitatem annorum nutritivorum qui sunt quatuor anni. Deinde Mercurius post decem. Deinde Venus octo: postea Sol 19. postea Mars 15. postea Juppiter duodecim. deinde Saturnus 30 annis vel usque in finem vite.

De natura capitis draconis et caude.

Caput draconis est masculinus. Similiter etiam est fortuna et natura eius est composita ex natura Jovis et Veneris: et hoc significat regnum et fortunam atque substantiam. Et dixerunt quidam quod natura eius est augmentatio: quia cum fuerit cum fortuna auget fortunam eorum: et cum fuerit cum malis auget malitiam eorum: et anni fridarie eius sunt tres. Cauda vero draconis est mala: et natura eius est composita ex natura Saturni et Martis: et significat deiectionem et casum atque paupertatem. Et dixerunt quidam quod natura eius significat diminutionem que cum fuerit cum fortunis diminuit fortunam eorum: et cum fuerit cum malis diminuit malitiam eorum: ideoque dictum est: caput est fortuna cum est cum fortunis: et malum cum malis: et cauda mala cum bonis et bona cum malis: et anni eius fridarie eius sunt duo.

De horis diei et noctis quorum sunt planetarum.

Si fuerit aliqua dies vel nox alicuius planetarum erit prima hora ipsius planete et secunda hora alterius planete qui ei succedit: ceterorumque secundum ordinem circulorum pari ratione est successio: verbi gratia: dies veneris est tota veneris et prima hora est ipsius veneris. secunda mercurij. tertia lune. quarta saturni. quinta iovis. sexta martis. septima solis. octava iterum veneris. nona mercurij. decima lune. undecima saturni. duodecima iovis. ecce habes 12 horas diei inequales. Item de horis noctis. Prima hora sequentis noctis est martis cuius est et tota nox. secunda solis. tertia veneris. quarta mercurij. quinta lune. sexta saturni. septima iovis. octava iterum martis. nona solis. decima veneris. undecima mercurij. duodecima lune. et sic habes etiam 12 horas noctis inequales. Et incipit dies sabbati postea cuius prima hora est saturni: et ipsius est tota dies sic per ordinem numerando invenies horas dierum et noctium et divisiones earum super planetas singulos si deus voluerit.

De horis masculinis et femininis.

Dicuntur etiam hore esse masculine et feminine: quia hora prima: uniuscuiusque diei et noctis est masculina. secunda feminina. tertia masculina. quarta feminina: sicque succedunt per ordinem. una .s. feminina. alia masculina: usque in finem diei et noctis: et semper impares sunt masculine.

¶ Differentia tertia in his que accidũt planetis septem in semetipsis ⁊ quid accidat eis ab inuicem.

ET quia annuente deo iam peregimus esse planetarum in semetipsis: ⁊ qd significent in natura a figuris hominum prosequamur nunc narrãdo quid eis accidat in semetipsis ⁊ ab inuicem: idest a quibusdam ergo quosdam.
SIgnificatio planetaꝝ in semetipsis est vt sit planeta ascẽdens in circulo augis sue minor lumine ⁊ magnitudine atqꝫ cursu .i. cum fuerit iter ipsum ⁊ suã augem minus 90 gradibus ante vel retro: ⁊ tũc erit fortior si autem fuerint iter ipsuꝫ ⁊ augem 90 gradus equales erit equalis in lumine ⁊ magnitudine atqꝫ cursu ⁊ dr̃ fortis: si ꝟo fuerit extra hec duo loca .i. plus 90 erit descẽdens de circulo augis ⁊ apparebit maior lumine ⁊ magnitudine ac cursu velocior: ⁊ si fuerit portio eius equata minus 180 gra. erit augẽs numerum: ⁊ si fuerit plus erit minuẽs numeruꝫ: ⁊ si fuerit portio eius equata ex 180 gra. vel 360 erit nec augens nec minuẽs: ⁊ si addat equatio equata sup medium cursum dr̃ augens cursum vel numerum: ⁊ si minuitur eius equatio dr̃ minuens numerum. Et quando aliqs planetarum altioꝝ trium vadit plus medio cursu suo dicitur augere cursum: ⁊ si minus vadit dr̃ minuere cursuꝫ: ⁊ si vadit tãtum dicitur cursu equalis. ⁊ quando aliquis planetarum inferioꝝ vadit plus medio cursu solis erit augens cursuꝫ: quando vadit minus dicit minuens cursum: ⁊ quando vadit tãtum erit cursu equalis. Luminarium autem esse in cursu est sicut esse trium altiorum planetaꝝ. Fit quoqꝫ planeta septentrionalis cum transierit gençahar suum .i. cuꝫ trãsierit per viam Solis iens a meridie in septentrionem ille transitus: idest illa abscisio circuloruꝫ dicitur gençahar. cum ergo planeta transierit ipsam abscisionem: ⁊ fuerit inter planetam: ⁊ ipsam abscisionem minus 90 gra. erit planeta septentrionalis ascendens: ⁊ cum fuerit a 90 vsqꝫ ad 180 erit septentrionalis descendens: ⁊ cum transierit hunc numerum: idest cum habuerit plus iens ad 270 erit meridianus descendens: ⁊ cum transierit hunc numerum iens ad 360 erit meridianus ascendens: hoc est esse planetarum in semetipsis.
DE esse aũt planetaꝝ ad inuicẽ tractemus .s. qd accidat 5 planetis erga luminaria: ⁊ dicamus ex hoc qꝺ dicit Ptolemeus de almugea hoc est de visione inuicem facie ad faciem: hoc est cũ fuerit iter planetam ⁊ solem: dum fuerit planeta a sole occidẽtalis .i. dum sequit solem tãtum quãtum est iter domum illius planete ⁊ domum solis de signis: aut cũ fuerit iter ipm planetam ⁊ lunã cum fuerit orientalis a luna .i. dum succedit luna tãtum quãtuꝫ est iter domũ planete ⁊ domũ lune ex signis .i. cũ fuerit planeta tãtuꝫ distãs a sole post quãtum distat domus eius a domo solis: silr de luna dr̃: qr cum planeta successerit soli ⁊ fuerit a sole saturnus .s. in 6 signo: ⁊ iupiter in 5. mars in 4. venus in 3. mercurius in 2. tunc dr̃ esse in almugea solis. Similiter cum fuerit inter vnũquenqꝫ planetam ⁊ lunam succedenteꝫ hic numerus signorum vniuscuiusqꝫ planete: tunc ille planeta dicitur esse in almugea lune.

¶ De ductoria .i. securitate planete.

EX hoc ductoria planete .i. vt sit planeta in suo haim .i. in pte sibi ꝓpa ⁊ in aliquo angulorꝫ ascẽdentis: ⁊ aliqꝺ luminariũ: silr in loco sibi ꝯsimili in quadrante: videlicet in aliquo angulo: ita ꝙ sit planeta in die orientalis a sole: in nocte occidẽtalis a luna ⁊ ois planeta dr̃ esse in sua ductoria fm quosdã cuꝫ fuerit iter planetã orientalẽ ⁊ solẽ 60 gra. Et ois planeta ex quo tegit a radijs solis donec appareat de subradijs

vocatur cõbustus: ⁊ dum icipit intrare radios dr̃ incepisse cõburi: ⁊ dum abscõditur sub radijs ⁊ fuerit ꝓpe solem per 12 gra. dr̃ oppressus ⁊ cũ fuerit cũ sole in vno gradu fuerintq̃ iter eos 16 minuta: vel infra: ⁊ latitudo eius sit 16 minutoꝝ vocatur vnitus: ⁊ cũ trãsierit eãdem vnionẽ petẽs exitum donec videatur vocatur euasus. Et erꝗ apparẽt tres altiores de subradijs ⁊ icipiũt oriri .i. apparere mane ante solem: hoc est cũ fuerint ꝓpinquiores circulo hemisperij oriẽtalis donec veniãt ad oppõnẽ vocant oriẽtales dextri: ⁊ ex quo trãsierint oppositionẽ donec ꝯiungant iteꝝ soli vocant occidẽtales sinistri. Uenus ꝟo ⁊ Mercurius ex quo separant aliqs eoꝝ a gradu solis in medio retrogradationis sue: ⁊ apparẽt eũtes donec cõburant a sole in sua directione vocant oriẽtales: ⁊ ex quo separant a sole in medio directionis sue donec iterũ cõburant in retrogradatione sua vocant occidẽtales: ⁊ cũ fuerint in ortu suo .i. cũ fuerint oriẽtales vocant dextri: ⁊ dicunt esse masculi. ⁊ in occiduo suo .i. cũ fuerit occidentales vocant sinistri feminei: ⁊ tũc sunt fortiores. ¶ Tres ꝟo altiores postq̃ exeunt de subradijs solis vocant oriẽtales ⁊ dicunt augmẽtari in fortitudine vsq̃ ad 30 gra. a sole ⁊ vocant post hoc vsq̃ ad 30 gra. alios oriẽtales fortes vel fortiores: ⁊ cũ trãsierint solẽ 60 gra. vocant planete oriẽtales eũtes ad debilitatẽ donec veniant ad retrogradationẽ: ⁊ tũc nolant oriẽtales retrogradi: donec sint ⁊ veniant in oppõne: ⁊ post hoc erũt occidẽtales retrogradi cũ trãsierint oppõnẽ: donec ꝑueniãt ad directionez: deinde a directione vsq̃ ad 60 gra. post directionẽ donec sit lõgitudo eoꝝ a sole 30 gra. dicunt occidẽtales fortes: deide a lõgitudine 60 gra. post directionẽ dicunt occidẽtales eũtes ad debilitatẽ deinde fiũt occidẽtales debiles donec itrent sub radijs solis. ¶ Inferiores quoq̃ ex quo separant a sole: ⁊ ipsi sunt retrogradi vocant orientales debiles: sicq̃ esse nõ desistũt donec veniãt ad directionẽ suam: ⁊ tũc fiunt orientales fortes: donec lõgitudo eoꝝ sit a sole sicut lõgitudo solis ab eis fuit dum ceperãt debilitari eũtes ad retrogradationẽ: deide fiunt orientales debiles donec supponant radijs solis post hoc sunt ꝯiuncti: deinde cõbusti eũtes ad apparitionẽ donec videant: ⁊ ex quo separant a sole in directione vsq̃ ad 60 gradus sunt fortiores: ⁊ a 60 vsq̃ ad horã sue retrogradationis erũt occidẽtales fortes: donec fuerint cum sole: ⁊ tunc erunt debiles: ⁊ planeta cuz exierit de subradijs solis: ⁊ nulli planete iunctus fuerit dicitur ꝙ sit in lumine suo: ⁊ hoc est esse planetarum cum luminaribus.

¶ De his que accidunt planetis ad seinuicem.

Esse autem illoꝝ erga seinuicem hec sunt. s. ꝯiunctio .i. cum fuerint duo planete in duobus signis aspiciẽtibus se ⁊ fuerit leuior in signo suo minus gradibus q̃ fuerit ponderosior in signo suo: fuerintq̃ inter eos 6 grad. vel infra: tunc dr̃ ꝙ leuior eat ad ꝯiunctionem põderosioris: ⁊ cum gradus eoꝝ fuerint equales perficitur ꝯiunctio eoꝝ: ⁊ cum trãsierit eum erit ab eo separatus ⁊ ꝯiunctio hec dr̃ ꝯiunctio lõgitudinis. ¶ Cõiunctio ꝟo latitudinis est: vt duo planete iungant per latitudinẽ. Et si fuerit applicatio ꝯiunctionis opz: vt sit latitudo eoꝝ equalis in vna parte: ⁊ si fuerit coniunctio ex oppositione opz vt sint latitudines eoꝝ equales: ita vt latitudo vnius sit ascẽdens in septentrione: ⁊ alterius descendens in septẽtrione vel vnius ascendẽs in meridie: ⁊ alterius descẽdens in meridie: aut si fuerit applicatio ex aliquo aliorum aspectuum: hoc est ꝙ sit latitudo vnius septẽtrionalis ascendens: ⁊ alterius meridiana descendens: ⁊ ecõuerso in meridie: ⁊ hec est applicatio latitudinis que dicta est. ¶ Et cum separat vnus planeta ab alio ⁊ nulli planetaꝝ iungit quãdiu in eodem signo fuerit dr̃ cursu vacuus. ¶ Et cum fuerit planeta in aliquo signo: ⁊ aliqs planeta non aspexerit hoc signuz alter planeta quãdiu in eodẽ fuerit dr̃ feralis vel syluestris.

¶ Et cum separaẗ planeta leuis a planeta pōderosiori ⁊ iunctus fuerit alteri: trāsfert
naturā primi ad scḋm. Trāsfert etiam planeta naturā alio modo hoc est vt planeta le
uis iungaẗ planete pōderosiori se: ⁊ ipse ponderosior iteꝝ alteri se ponderosiori: tunc
medius trāsfert naturā leuioris ad pōderosiorem. ¶ Si aūt nō iungiẗ vnus istoꝝ al/
teri: sed iungiẗ vterqꝫ alteri: tunc si aspexerit ille tertius planeta aliquez locoꝝ circuli
reddit lumē eoꝝ ad locum ipm̄: ⁊ hoc vocaẗ redditus luminis. Iteꝝ si vnus planeta
non iungiẗ alteri: sed alter planeta tertius in vtrosqꝫ trāstulerit lumen: tūc hec ɔiun/
ctio dr̄ etiam redditus luminis. ¶ Sequiẗ ꝓhibitio ⁊ fit duobus modis. Uno. s. ex
ɔiunctione hoc est cum fuerit tres planete in vno signo: sed in diuersis gradibus: ⁊
fuerit pōderosior plus gradibus: tūc ille qui est medius ꝓhibet priorem illum. s. qui
est minus gradibus ne iungaẗ ponderosiori donec ptranseat euz. Scḋo modo vt duo
planete sint in vno signo: ⁊ leuior iungaẗ pōderosiori: alter quoqꝫ iungaẗ eidem pon/
derosiori per aspectū: ille ergo qui est cuz eo in vno signo aspiciētem ꝓhibet a ponde
rosioris ɔiunctione: si fuerint tn̄ gradus illius qui iungitur: ⁊ ipsius qui aspicit equa
les. i. vnius numeri. Si ꝟo ille qui aspicit fuerit ꝓpior gradui ponderosioris erit cō/
iunctis aspicientis. Et si ɔiungiẗ planeta dn̄o illius signi in quo fuerit: vel dn̄o exalta
tionis seu dn̄o ceteraꝝ dignitatum in quibus fuerit: diciẗ pulsare. i. mittere naturaz
illius planete dn̄i: scilicet eiusdem dignitatis ad euz. ¶ Et si fuerit planeta in aliqua
dignitatum suarum ⁊ fuerit iunctus alij planete qui habeat etiam partem dignitatis
in eodem loco mittit ei etiam vtranqꝫ naturam suam: scilicet ⁊ illius cui iungitur: ⁊
hec missio cōmuniter vocatur alcobol: idest receptio.

Nunc sequiẗ redditus. i. qn̄ iungiẗ planeta alicui planete qui cōburiẗ. i. q fuerit
sub radijs solis vel fuerit retrogradus redditqꝫ ei ꝟtutē pp debilitatē suā quā
nō valet retinere: tūc si fuerint vtriqꝫ planete in angulo vel succedētib⁹ anguloꝝ erit
redditus cū ꝓficuo: silr̄ si fuerit q ɔiungiẗ ei tm̄ in angulo: ⁊ ille cui ɔiungiẗ recepe/
rit eum. Si aūt fuerit planeta qui iungiẗ cadēs ab angulo ⁊ ille cui ɔiungiẗ in angulo
vel in sequēti anguloꝝ: aut si vtriqꝫ fuerint cadentes erit redditus cū detrimento.

Unde sequiẗ almenē. i. refrenatio que fit qn̄ planeta vult ɔiūgi alteri: sꝫ anteqꝫ
iungaẗ accidit ei retrogradatio ⁊ sic destruiẗ eius ɔiūctio. ¶ Hīc seqẗ alichto/
rad. i. ɔtrarietas accidēs vel iterpositio: ⁊ hec fit cū aliqs planeta leuis fuerit multoꝝ
graduū in signo ⁊ alter illo ponderosior minus gradibus. tertius quoqꝫ leuiori ꝑmo
volens ɔiungi pōderosiori: sed anteqꝫ ei ɔiūgaẗ fit retrogradus ille leuior qui habet
plures gradus ⁊ iungitur ⁊ applicaẗ illi ponderoso: ⁊ transiens illum iungiẗ etiam al
teri planete leuiori: ⁊ sic destruiẗ coniunctio illius prioris cum ponderoso.

Sequitur alfaçim. i. frustratio. h quoqꝫ fit cum aliqs planeta petit ɔiunctionez
alterius planete: sed anteqꝫ perueniat ad eum mutaẗ iste in aliud signuz ⁊ erit
aliquis planeta in paucis gradibus aspiciens ipsum signum ⁊ erunt radij eius in ini/
tio signi. Cumqꝫ exierit sequens planeta de primo signo iungitur isti aspicienti ⁊ an/
nullatur coniunctio quam habebat cum illo: scilicet cum primo.

Hinc sequiẗ abscisio luminis hoc est qn̄ aliqs planeta petit ɔiunctionē alterius
⁊ fuerit in scḋo signo a signo illius cui iungiẗ alter planeta: sed anteqꝫ iungaẗ
ei prius fit ille qui est in scḋo signo retrogradus: ɔiungiturqꝫ ei ⁊ abscindit lumē suū
a planeta qui volebat ɔiungi ei: silr̄ si fuerit planeta iens ad ɔiunctionez alterius pla/
nete: ⁊ ipse alter planeta cui vult iungi petat ɔiunctionem alterius planete se ponde
rosioris: sed anteqꝫ pueniat leuis ad gradus ponderosioris iungitur ipse pōderosius
alteri seipso ponderosiori: ⁊ abscindit lumen illius a planeta primo leuiori.

¶ De locis fortunatis et malis.

Sunt quoq; his planetis loca in qbus ɔfortantur et in quibus debilitant: et loca in qbus fiunt fortune: et loca in qbus fiunt mali. Sed loca in qbus fiunt fortune sunt h: vt. s. sint in aspectibus bonoꝝ. i. in aliquo aspectu vtili. s. sextili: aut in trino aspectu qui a qbusdam ita nominat exagona radiatio quoq; ac trigona: et vt sint mali cadentes ab eis sintq; separati ab infortuna: et iuncti fortune: aut sint obsessi a fortunis vel radijs eorum. i. vt sint inter duas fortunas vel iter radios fortunarum. ¶ Hec est enim obsessio vt habeat planeta fortunā vel radios eius ante se et aliaꝫ fortunā: vel eius radios post se. Et qdam vocant hoc altifert. i. veneratio: aut sint vniti cum sole in vno gradu: aut sint in aspectu eius sextili: siue trino vel ɔsimili aspectu lune et luna tūc sit fortunata: et vt cursu sint veloces aucti lumine et numero: aut sint in dignitatibus suis vel in suo haim. i. in sua similitudine vt sit videlicet planeta masculinus in signo masculino: et femininus in signo feminino: et diurnus in die super terram et in nocte sub terra et nocturnus in nocte sup terram: et in die sub terra et reliqua et vt sint in signis in quibus habuerint dignitates seu potestates suas: vel in gaudijs suis vel in gradibus lucidis recepti: et ex fortitudine eoꝝ est vt sint ascendentes in septētrione: aut sint septētrionales: vel sint ascēdentes in circulo augis sue: aut in statione secunda: hoc est quādo fuerint in statione vbi dirigant a retrogradatione: aut sint exeuntes de subradijs solis: aut sint in angulo: vel in sequenti eius: aut sint tres altiores orientales a sole: q si eum aspexerint sextili: aut trino aspectu: erit illis hoc augmētum fortitudinis: aut fuerint in quartis masculinis et sol cuꝫ fuerit in illis quartis masculinis: aut in signis masculinis erit fortis etiam nisi sit in libra: qr ibi cadit. Et ex fortitudine trium inferioꝝ est vt sint occidentales a sole: aut in quartis femininis: et ex fortitudine lune est vt sit in nocte super terram et in die sub terra in loco feminino: vel in signo feminino: et cum fuerit in exaltatione solis.

¶ De infortunio planetarum.

Ex infortunio vo planetaꝝ et destructione eoꝝ est vt sint in ɔiūctione maloꝝ: aut in oppōne eoꝝ: vel in eoꝝ tetragona: aut trigona: aut exagona radiatione: aut si fuerit iter eos et corpus mali vel radios eius minus termino planete: vni9 aut fuerint in terminis maloꝝ: aut domib9 eoꝝ: aut sint mali eleuati sup eos a 10 vel 11 a locis eoꝝ: et multo deterius si sol nō receperit eos. Aut fuerint in ɔiūctione solis: vel oppōne eius: vel in tetragona radiatione: aut fuerit in capitibus suoꝝ gençabar: aut cū caudis suis: aut cū capite draconis vel cauda sintq; iter eos et iter aliquē istoꝝ scꝫ locoꝝ gēçabar 12 gradus vel ifra: et maxime si fuerit Luna in aliquo eoꝝ: sitr et Sol tūc magis impedit ab eis. i. a capite vel cauda cum fuerint iter ipsum et vnum eoꝝ etiā 4 grad. ante vel retro: aut cuꝫ fuerint planete obsessi iter duos malos: hoc est vt sit planeta in signo aliquo et cū eo malus: vel radij eius ante se: et malus vel radij eius post se: aut separetur a malo per ɔiūctionem vel per aspectum: et iungatur tali modo alteri malo: aut fuerit malus: vel radij eius in signo qd est ante eum: idest in secūdo ab eo: et in signo quod est post eum: idest in 12 ab eo fuerit alter malus: vel radij eius. Similr dicitur de signis q sint obsessa. Qd si aspexerit fortuna vel sol eundem planetā obsessum: vel signum obsessum a trino: vel a sextili aspectu fueritq; iter eum et ɔiunctionem minus septem gradibus soluetur ipsa malitia vel obsessio. ¶ Et ex hoc etiā est vt sit planeta retrogradus: vel sub radijs solis cōbustus: aut cadēs ab ascēdente: et ex debilitate eoꝝ est: vt sint tardi cursu: aut in statione prima: hoc est qn stant: vt retrogradi fiant aut sint in gradibus tenebrosis: aut sint masculini in signis femininis:

femininis: et gradibus femininis in die sub terra: et in nocte sup terrā: aut sint femini in signis masculinis: et in gradibus masculinis in nocte sub terra: et in die sup terrā: aut sint in oppositione dignitatū suarum: seu ptātum: aut descēdentes in meridie vel meridiani: aut cadētes ab angulis: vel a succedētibus angulorum: aut in domibus cadētibus: aut sint in via cōbusta que est medietas vltima libre: et pma medietas scorpionis: aut iungant planete retrogrado vel impedito seu cadēti ab angulis: aut nō sint recepti. Aut sint tres altiores a sole occidētales: aut in quartis femininis: et debilitas solis est: vt sit in signis femininis: aut in quartis femininis: nisi sit in domo nona: et debilitas trium inferiorum est vt sint orientales: aut in quartis masculinis.

¶ De amicitia et odio planetarum.

Et dicit in planetis q sint qdam eorum se inuicem diligētes et odientes: nā de diligentibus qdam antiquorum dixerunt q Jupiter diligit oēs planetas et sit amicus eorum et ipsi illius preter martē. Ueneris amici sunt oēs planete et oēs diligunt eum preter saturnum. ¶ Saturni autem amici sunt Jupiter Sol et Luna: et inimici eius Mars et Uenus et ipsa plus hz eū odio. ¶ Et amica martis est Uenus et ceteri planete odio hñt eum et plus Jupiter et Sol. ¶ Solis vero amici sunt Jupiter et Uenus et inimici Mars Mercurius et Luna. ¶ Mercurij amici sunt Jupiter Uenus: et Saturnus tm̄: et inimici eius sunt Sol et Luna et Mars. Lune aūt amici sunt Jupiter et Uenus et Saturnus: et inimici Mars et Mercurius. Capitis draconis amici sunt Jupiter et Uenus: et inimici Saturnus et Mars. Caude vero amici Saturnus et Mars: inimici Sol et Luna Jupiter et Uenus. Et sunt alie spēs inimicitie: cū fuerint duo planete hñtes domos suas oppositas: vt Mars et Uenus: et cum piungunt di apertio portarum. Tertia quoq spēs inimicitie est vt sint duorum planetarū exaltationes opposite. Fortior autem planetarum amicitia est: vt concordet planeta cum planeta in natura et in qualitate atq substātia et ptāte sicut concordat Mars cum sole: qz vterq pcordat in caliditate et siccitate et acuitione et celeritate: et est dñs exaltationis eius in qua apparet eius fortitudo: et vti pcordat Luna et Uenus in frigore et humiditate: et est domina exaltationis eius. Cum autem cōcordauerint duo planete in natura et substantia: vt Jupiter et Uenus sunt amici.

¶ Differentia quarta in expositione nominum astrologorum.

Et prosequamur nunc expositionē nominum astrologorum qbus vtuntur astrologi: et initium horum est. Coniunctio et res significantes destructiones seu mutationes que fiunt in hoc seculo ex piunctionibus: quarum numerus est sex: maior aūt oibus coniunctionibus est piunctio saturni et iouis in initio arietis et hic fit in 960 annis. ¶ Secunda autē eorum coniunctio est in initio vniuscuiusq triplicitatis et hic fit in 240 annis. Junguntur aūt in vnaquaq triplicitate duodecies: et fortassis faciunt in vnaquaq triplicitate 13 piunctiones: deinde mutatur eorum coniunctio ad triplicitatē que huic succedit. ¶ Tertia aūt piunctio saturni et martis in initio cancri que fit in oibus 30 annis. ¶ Quarta quoq est piunctio iouis et saturni in vnoquoq signo que fit in oibus 20 annis. ¶ Quinta est descēsio luminaris maioris in punctum eqnoctij vernalis tpis. s. ingressus solis in capite arietis que fit in oi anno. ¶ Sexta est piunctio luminarium et oppositio eorum que fit in dimidio cuiusq mensis lunaris. Et qñ dicit ascendens piunctionis dicitur vel significat ascendens mundi. i. signum qd ascendit hora introitus solis in predictum punctum equinoctij vernalis in initio. s. illius anni in quo debet fieri coniunctio predicta.

¶ De annimodar.i.gradus ascédentis natiuitatum inuestigatione.

Et post hoc est annimodar qd est inuestigatio gradus ascédentis alicuius natiuitatis: et putát multi astrologoꝝ q inueniat per cú verus gradus ascendentis natiuitatis alicuius: sed hoc falsum est: et hoc iá patefeci in libro meo qué feci de annimodar: sed inuenit p eúdem dignioꝛ oibus gradibus circuli post gradú ascendentis in eadé hoꝛa fm cursum nãlem: et ꝯcoꝛdat multotiens.i.accidit aliqñ q inueniat per cum verus gradus ascédentis. Cuius rei cognitio est vt ꝯsiderer gradus ꝯiunctionis vel gradus p̄euctionis que fuerit ante ipsam natiuitaté: et si fuerit ꝯiunctio illi natiuitati ꝓpioꝛ vocat ipsa natiuitas ꝯiunctionalis: et si fuerit p̄uentio illi ꝓpioꝛ dr p̄euctionalis.i.in qualicúq3 eaꝝ fuerit natiuitas in ꝯiunctione.f.vel p̄uentione eodé modo et noie natiuitas p̄dicta nuncupat: et q2 gradus ꝯiunctionis est idé gradus in quo iungunt luminaria: ideo nulla est inqstio: nec idiget expóne: in p̄uentione it q2 vnúqdq3 luminariú est in gradu suo.i.in diuersis gradib⁹ oppositis ideo. Necesse est nobis scire qué hoꝝ graduú velit itelligi gradú p̄uentionis: et iá dixit Ptolome⁹: q2 gradus illius luminaris qd fuerit sup terrá est gradus p̄uentionis: et qdá sapientú dixerút q si euenerit in p̄uentione q vnú luminariu3 sit in gradu oꝛientis et alteꝝ in gradu occidétis: túc gradus oꝛientis erit gradus p̄uctionis. Et dixit Vellius: q gradus p̄uentionis est gradus in quo fit impletio voles itelligi gradú lune: sed q2 hoc est opus Ptolomei op3 in hoc nos redire ad eius sniam. cum ergo gradus ꝯiunctionis vel gradus p̄uentionis certissime patuerit ꝯstitues gra. ascédentem p extimatione3 hoꝛe natiuitatis et quatuoꝛ angulos et reliquas domos: deinde aspicies gra. ꝯiunctionis: vel gradú p̄euentionis que fuerit ante natiuitaté: et qs planetaꝝ in eo fuerit dignioꝛ vel foꝛtioꝛ in eadé hoꝛa ꝯiunctionis vel p̄uentionis per multitudiné dignitatú seu ptãtum.i.ꝯsiderabis qs planetaꝝ habeat maius dñm in eodem loco. Nunc ergo planetá equabis ad hoꝛam opinatá natiuitatis. deinde aspicies vtrú sit gradus illius planete in signo in quo est ꝓpioꝛ gradui 10 domus aut gradui ascédentis et cui hoꝝ ꝓpioꝛ fuerit fm numeꝝ facies hunc angulú in figura ad instar gradus ipsius planete et eius minutiꝝ et diuides 12 domus p eum. Dixit Ptolomeus si planete plures ꝯuenerint in dominio eiusdé loci et fuerint equales in foꝛtitudine cóstitues dñm loci illum qui fuerit dñs hoꝛe: vel qui fuerit dñs haim: q si in hoc etiam ꝯuenerint constitues eum qui velocius d3 mutari ab esse suo ad id qd fuerit melius.i.cum qui volue rit exire de aliquo signo in quo fuerit: et intrare aliud in quo habuerit plures dignitates: vel si fuerint tres superioꝛes oꝛientales a sole eliges cum qui soli fuerit ꝓpinquioꝛ et non fuerit sub radijs. Si vo in angulo fuerit ille est eligendus q gradui eiusdem anguli fuerit quo ad numerum ꝓpinquioꝛ: et hoc intellige.

Et ex hoc sequit hylech.i.locus vite in natiuitatib⁹ cui⁹ scia est: vt pꝛimo aspicias hoꝛá natiuitatis: que si fuerit in die accipies a sole: q si fuerit ante gradu3 signi ascédétis p 5 gradus aut ifra: aut fuerit in decima vel vndecima siue masculinú fuerit ipm signú seu femininú aptus erit: vt sit hylech. Si aút fuerit in his trib⁹ locis scil3 in septima vel octaua vel nona in signo masc. sitr aptus erit: vt sit hylech. Si vo fuerit in his tribus locis in signo feminino nó erit aptus: vt sit hylech. Hinc aspicies ad Luná que si fuerit in ascédente vel in scda vel tertia: aut in septima vel octaua erit apta vt sit hylech: siue masculinú siue femininú fuerit signú. Et si fuerit ante gradum signi ascédétis p 5 gradus vel ifra: aut fuerit in decima vel vndecima: aut in quarta vel qnta vel in septima in signo feminino aptet hylech. Si auté fuerit in aliquo istoꝝ locoꝝ in signo masculino nó erit apta vt sit hylech si fuerit i die natiuitatis. ¶ Si vo

natiuitas fuerit nocturna incipiamus a luna: que si fuerit in aliquo predictorum locorum: fm quod pdiximus erit apta vt sit hylech. Si aut luna nō fuerit in eis aspicies post hoc ad solē: qui si fuerit ante gra. septime per 5 gra. vel infra: aut si fuerit in quarta vel in qnta erit aptus vt sit hylech siue signū fuerit masculinum siue femininū. si vo fuerit ante ascēdētem 5 gradibus vel ifra: aut in ascēdente: vel in scda in signo maf. aptabit etiam hylech. Si autē fuerit in aliquo istorum locorum in signo femi. non erit aptus vt sit hylech. ¶ Qd si luminarium aliqd nō fuerit aptū hylech. Aspice post hoc natiuitatē: vtrum sit piunctionalis aut puentionalis. i. vtrum sit post piunctionem vel preuentionem. Qd si fuerit natiuitas piunctionalis et fuerit gradus piunctionis in aliquo angulorum: vel in succedenti angulo: erit in loco apto vt sit hylech. Si vo predictus gradus fuerit cadens ab his octo locis. i. ab angulis et a succedentibus angulis non erit hylech. Aspicies tūc gradum partis fortune: qui si fuerit in aliquo angulorum vel in succedentibus angulis: erit in loco apto vt sit hylech. ¶ Si vo cadens fuerit ab his 8. locis non erit aptus vt sit hylech. Aspicies post hoc gradū ascendentis et pstitues eū hylech. ¶ Si vo natiuitas puentionalis fuerit: icipies a gradu preuentionis. Aspicies eum sicut prius fecisti in gradu piunctionis: et post ipm gradū partis fortune: post ipsum gra. ascendentis eo ordine quo pdiximus in gradu piunctionis. De sexu aūt signorum non curabis. i. nō aspicies vtrum sint signa illa maf. vel femi. nisi tm̄modo in luminaribus: hoc est gradu piunctionis vel puentionis et ascēdentis et partis fortune non psideres vtrū sint in maf. signis vel femi. tam in angulis q̄ in succedētibus angulorum: sed hec quatuor tātum erūt tūc apta hylech cū fuerint in his octo locis. i. in angulis vel succedētibus eorum: si vo fuerint in locis recedētibus. i. cadētibus ab angulis nō erunt apta vt sit hylech. Apparet itaq quod sol sit hylech aptus in die et nocte super terrā et sub terra in vndecim locis: sup terram in 6 locis et sub terra in 5. Luna quoq apta erit vt sit hylech in die et nocte sup terram et sub terra scil in vndecim locis sup terrā in 5 et sub terra in 6. sed si fuerit luna in his locis: sub radijs solis non erit apta vt sit hylech. Aspicies aūt hylech in angulis et succedētibus eorum fm quod equantur 12 domus circuli per gradus horarum ascēdentis fm quod exponit eius opus in canone planetarum. i. in libro cursuum planetarum. Cumq equaueris domos hoc modo: omnis planeta qui fuerit ante gradum signi ascendentis vel cuiuslibet domus per 5. gradus vel infra erit fortitudo eius valida in domo que ei succedit: et ois locus ex locis que prediximus est aptus vt sit hylech: si aspexerit eum aliquis dñorum illius qui sit dominus domus: aut dominus exaltationis: aut dominus termini: aut triplicitatis: aut dominus faciei: et si non: non erit aptus vt sit hylech.

¶ De alcocboden.

Et ex hoc sequit alcocboden qui est significator vite. i. dñs annorum: vel dans annos quem cū volueris scire et iam prenosti hylech eo ordine quo predixi: aspicies dñm domus hylech: aut dñm exaltationis eius: aut dñm termini eius: aut dñm triplicitatis: aut faciei eius quis horum fortior fuerit et autentior in loco hylech: et si aspexerit hylech erit dignior alcocbodē. quod si nō aspexerit hylech q fuerit pluris auctis aspicias eum qui fuerit auctis minoris donec inuenies aliquem ex illis qui aspiciat: quod si nō aspexerit hylech nō poterit ille locus esse hylech: et tūc queres ab alio hylech et iterum queres ab eodem scdo hylech alcocboden eo ordine quo prediximus: quod si equales fuerint duo planete vel tres in auctoritate gradus hylech: et aspexerit vterq erit dignior alcocboden qui fuerit fortior ex loco. Si vo fuerint equales in fortitudine loci. scil3 vbi fuerint ipsi planete erit ille dignior alcocboden qui propior fuerit

gradui hylech. ¶ Quibusdam autem videbatur melius incipere a dño domus qui si aspexerit hylech ponebant eum alcocboden et non considerabant alterum: et si nõ inuenissent dñm domus aspicientẽ hylech accipiebant dñm exaltationis quem si aspicere viderent hylech ponebãt alcocboden eum et non considerabant alium preter eum: similiter faciebant de dño triplicitatis termini atque faciei per ordinẽ: et erat Dorothius preponens dñm termini in hoc dño domus. Et qdam dixerunt q si equales fuerint duo planete vel tres vel plures in dignitate: et in ppinquitate aspect⁹ gradui hylech ille erit alcocboden qui erit in loco laudabili a sole: idest qui fuerit cum sole in vno gra.per. 16.minuta: aut infra: vel ppinquior gradui anguli: aut in initio ortus sui: idest cum mane apparuerit: aut fuerit in statione sua secunda: vel in aliquo eius esse scilicet laudabili a sole sicut prediximus ipse erit alcocboden. Quod verum est de tribus superioribus quum precesserit eos sol sicut euadunt de cõbustione. inferiores vero meliores sunt occidentales: qr velociores sunt a sole: et sic fugiunt combustiones. Si vero gradus Solis fuerit hylech: et fuerit in Ariete vel in Leone erit Sol hylech: et alcocboden simul et non considerabitur alius alcocboden pter eum: similiter si fuerit gradus Lune hylech: et luna fuerit in Tauro: vel in Cancro habeto eam pro hylech et alcocboden: simul et non considerabis alcocboden alium preter eam.

Almutam vero est qui preest natiuitati: ab eo significatur esse nati post hylech et alcocboden: et ipse planetis ceteris ẽ pluris auctitatis: i ascẽdẽte 'in locis luminariũ atque in loco partis fortune in loco quoque cõiũctionis vel pũctionis que est ante natiuitatẽ. Qd si prefuerit aliqs planeta duob⁹ locis aut tribus aut quatuor aut plurib⁹ pre multitudine ptãtis sue erit ipse almutã.i.auctor vel significator vite post hylech et alcocboden et p eũ significatur esse nati: et qdã hũt eũ pro alcocboden ad dãdũ vitam.

¶ De profectione signorum.

